



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica Sexta Post Epiphan[iam].

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56314)

dignetur, qui cum Filio & Spiritu paraclero, potest omnia Deus Pater. Amen.

DOMINICA SEXTA
POST EPIPHAN.

Partes,

1. De magnis, arte factis minimis, minimoque regno.
2. Quid grani paruitas, ad diuina, totamque Ecclesiam collata.
3. Quid eadem ad Ecclesiam adiuncta & contenta.
4. De grano fidei & doctrina.
5. De aurbus.
6. De fermento.

Simile est regnum caelorum grano sinapis.
Matth. 13.

FIGURA.

Dan. 4.

POTENS ille Babyloniorum Monarcha Nabuchodonosor terribile olim somnium vidit multaque includens prodigia: vidit, inquam, arborem in medullis terrae constam, cuius caput luxuriantibus comis ad nubes pertingeret, radices ad terram usque centrum descenderet: ramorum adhuc brachia per quatuor mundi latera extenderent, & fructibus illius omnes pascerentur, in ramis volucres caeli nidificarent, sub umbra vero varia animalium genera luderent & delitescerent. Et ecce tibi vox subito caelo delapsa, quae arborem succidi, & radice tenus amputari iubebat. Sensu literali iam seposito, eo, inquam, quem Daniel regi visionem exponendo patefecit: scilicet regem arborem esse: quae excindenda esset, quod regnum amitteret, sed radix nihilominus permaneret, quando scilicet ad regnum postliminio reuerteretur: existimo visionem hanc Euangelii hodierni figuram esse, in quo Christus regnum caelorum grano sinapis simile esse perhibet, quod quamuis omnium seminum sit minimum germinans, caeteris plantis excreuit sublimius, & aera quodammodo ferit. Huic autem grano

quid obstat, quo minus Christum similem esse dicamus: qui in hoc mundo exiguus quidem fuit, humilis, plebis abiectione, & vermiculus terrae: sed in terram deinde iactus, post gloriosam, inquam, resurrectionem, ira excreuit, ut volucres caeli in ramis eius nidus construxerint, id est, Sanctorum animae sub umbra illius delituerint, & omnem ab ipso suam beatitudinem traxerint. In medio item terrae plantatus est, dum in Palaestina, quae umbilicus & medullium, ut Cosmographi tradunt, orbis, natus apparet. Caelos quoque vertice tetigit, & radice ad terrae centrum pertigit, quod verus esset Deus in caelestibus agens, verus item homo in terra cum hominibus conuersatus. Ramos per orbem diffudit, quod potentia illius ab arctico polo, usque ad antarcticum se extenderit. In ipsius ramis nidificaverunt aves, & ad truncum refederunt animalia: quod tam Angeli quam homines omnem à IESU CHRISTO gloriam & beatitudinem duxerint. Excisa porro fuit, Christo moriente. Hac de re hodie acturi sumus, discussuri inquam, cur Christus grano sinapis comparare voluerit. Eius huc maiestatem auxiliariam aduocemus, matrisque illius gloriosae patrociniū supplices inuocemus, quam verbis angelicis ante omnia salutabimus. *Aue Maria.*

Qui naturae miracula, mundi que huius inferioris prodigia descripsere, quae Ethnici olim tanto opere demirati sunt: referunt inter caetera, mirabilia quaedam opera, quae vel ars vel industria hominum produxit, & in naturae theatro spectanda proposuit. Celebrant in primis opus illud eximium: licet in tenui elaboratum, quo Myrmecides sculptor egregius curum quadriugum, & aurigam eidem insidentem, tam industrie & scite, tamque exiguo in subiecto formauit, ut alis eum suis musca tegeret atque obumbraret: illud item alterius sculptoris, qui in cerasi nucleo nauem omnibus necessariis instructam efformauit: sed adeo tenuem, ut à picula in antenna constituta suis cam cooperiret alis. An non haec ad naturae ludibrium? an non hoc artificium eius quam proxime imitari, ne dicam superare?

Aliud

I.
Mirabilia
& artificia
sa quaedam
opera.
Textus
thesauri
tom. 2.

Aliud non minus stupendum refert Plinius, dum scriptoris manum adeo subtilem & argutam celebrat, vt vniuersam Homeri Iliadem, tot bella, tot conflictus, tot concertationes ducum, militum congressus, vexillorum expansiones, adhuc in myriades aliquot versuum continentem, descriptam, nuci incluserit. Fuit deinde nostra tempestate sculptor adeo dexter & artificiosus, vt in gemma vndecim Virginum millia exprimere non dubitaret, tanto quidem artificio, vt nulla numero defuerit. Exclamem igitur merito hic, o paradoxa, & prodigia naturam superantia! Vt etiam de sacro thesauro exempla aliquot proferam, non possum quin Ezechielis bicetiam Prophetæ artificio deprecadem, qui laterem à Deo iussus sumere, instar Apellis, ciuitatem Hierosolymitanam cum omnibus castellis, propugnaculis, munitioibus & obsidentium corona in eod descripti: urbem tamen adeo spatiosam & amplam, vt, teste Iosepho, ducenta hominum millia in se comprehenderit. *Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & adificabis aduersus eam obsidionem, & adificabis munitiones.* An non enim miraculo videatur simile, urbem tam frequentem & populosam, muros adhuc eius & propugnacula obsidionemq; circumsecus positam, lateris spatium comprehendi?

Nabuchodonosor rex somnians vidit, re miram & Dei nutu peractâ! lapillum è sublimi monte, nullo impellente, delapsum, & statua è varia conflatâ materia pedibus allapsam, eandem in cinerem redigere: eumq; mox ita intumescere prægnantem, vt in montem Olympo & Atlante maiorem excreuerit, & vniuersam terræ superficiem completerit. Inauditum vero & ab hominum memoria inuisum, montes in lapillos excrecere, oceanum in guttam redigi, & elephantum in muscam angustari.

Pater æternus, omnipotens illud numen, simile quid in orbe producturus, imo omnem omnium artificio industriam superaturus, opus edidit, quod omnis stupeat antiquitas, & superior ætas admirabunda decantet. Omnia namque in angustum redigen-

Tom. 1. Pars Hyemalis.

do, è Deo hominem, è Creatore creaturam, è Domino seruum, ex æterno temporalem, ex infinito finitum, ex impassibili & immortali passibilem & mortalem, humanisque ærumnis obnoxium constituit. quod describens Isaias exclamat: *Consummationem & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio terra.* In quo de mysterio incarnationis, opere illo admirabili, quo maius nullum in orbe visum est, vaticinatur. Quod & Apostolus admirans ait, *Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram.*

Mirabilia profecto hæc: sed aliud longe mirabilius quod nulli quidem priorum cedat, hodierno Euangelio legitur descriptum, vbi Christus Redemptor in grano sinapis, omnium rerum in hoc orbe creatarum minimo, cœlestis gloriæ amplitudinè & vniuersam ecclesiæ monarchiam spectandam proponit. Describit idiplum S. Matt. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Dux hoc Euangelio continentur parabola, vna de grano sinapis, de fermento altera: ambas has expositurus, in duas concionè partes distinguam, priori primam, posteriori alteram complexurus.

Principio igitur quotquot parabola huius sensum perscrutati sunt, in diuersas & inter se discrepantes sententias abiere. Fuere enim qui per hoc regnum doctrinam Euangelicam intellexerunt, de qua Matth. 21. Iudæis comminatus dominus ait: *Auferetur à vobis regnum Dei:* huius opinionis S. Hieronymus est. Alii hic fidem designari putant, vt Ambrosius ser. 1. & Augustinus ser. 31. de sanctis. Alii Christum hic exprimi arbitrantur, alii Ecclesiam denotare, quibus vltimis & meum calculum addo. Ipsa enim vere regnum cœlorum est: vt pote quæ legibus plane cœlestibus dirigatur, quæ nisi cœlestia deposcat, cœlo originem ducat, in cœlestibus conuersetur, finis denique eius & scopus, sit ad cœlestem clientem suos beatitudinem deducere, & à terrenis auocare.

Et sane Ecclesia regnum est, & regnum Iesu Christi, de quo locutum credo Archangelum cum Deiparâ diceret: *Et regni eius non erit finis:* & Daniele Prophetam, *Regnum quod in æternum non dissipabitur,* regnum quod ipse rex intellexit, dum coram Pilato dice-

Isai. 10.

Rom. 9.

Matth. 13.

II.
Ecclesia
per regnū
cœlorum
exponitur.

Luc. 1.

Dan. 6.

Ezech. 4.

Dan. 1.

arris æ.
rni arti-
cium.

Ioan. 18.

diceret, Regnum meum non est de hoc mundo. id est, non regnum meum instar regnorum mundi huius, quæ rerum varietati exposita in momento pertranseunt, quæ exterius quidem splendorem quendam & maiestatem præferunt, interius vero sordent & exigua sunt.

Ecclesia grano sinapis confer- tur. Philip. 2. Isai. 53. 1. Cor. 1.

Porro regnum hoc grano sinapis persimile est: in principio enim exiguum est: primo propter principem eius & caput, qui *exinanivit seipsum* & abiicit quique ultimus & *no- uissimus* & *despectus* habitus fuit. Secundo propter doctrinam Euangelicam, quæ parua est & exteriori specie vilis, vt Apostolus ad Corinth. ait, *Nos prædicamus Iesum Christum crucifixum Iudæis scandalum, gentibus stultitiam*. Id est, non annuntiamus deorum maiestatem, vt olim Plato: non ferimus leges, nec rerum publ. statum constituimus vt Lycurgus: de principiis rerum non agimus, vt Arist. restuum aut desuum mare non docemus, non instuxus cælestes, elementorum qualitates & vires, terræ dimensionem, aliaque communem hominum captum excedētia, qualia vereres olim Philosophi, nominis alicuius comparādi ergo, docuere, sed Iesum Christum prædicamus & hunc crucifixum: doctrinam profitemur, quæ & Iudæos offendat, & gentibus videatur stultitia. Adeo vt Arnobius testetur, Gentiles olim Christianis insultasse ac vitio vertisse, quod hominem aliorum instar è muliere natum, & vili crucis supplicio interemptum, Deum esse contenderent, vt Deum agnoscerent & venerarentur. Præterea, quod eadem non nisi humilia & abiecta doceat, mundi nempe splendorem & vanitatem contemnere; honores & factum pedibus proterere, gloriam aspernari, paupertatem amplecti, & humilitatem animi omnibus in rebus sectari. Vnde Matthæus, *Nisi efficiamini sicuti paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*.

Matth. 18.

Tertio, regnum hoc exiguum & augustum dici potest, propter principium & ortum: quod qui eiusdem fundatores fuere, prima fundamenta iecere inimicos insultantes fregere, leges & statuta in eodem obseruari necessaria promulgauere, piscatores fuerint, indocti, multarum rerum ignari, & o-

mnia quodammodo mortalium abiectif- 1. Cor. 1. sime. Testatur id ipsum vnus è fundatoribus Paulus, *Qui stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: quæ infirma sunt, vt confundat fortia*. Perinde ac si dixisset, Altissimus ille Deus, cuius iudicia sunt impentrabilia, ea quæ mundus vt fatua & insipida reiciebat, selegit in sapientium confusione: & quæ vt imbecilla, fragiliaq; vilipendebat, assumpsit, vt potentia elumberet, & valida enertuaret.

Quarto, propter exiguum credentium numerum: pauci enim initio legem euangelicam amplectebatur, vt quam difficilem crederent & grauem. Vnde ipse suos Christus allocutus ait, *Nolite timere pusillus grex*. Regnum igitur cælorum merito grano sinapis persimile esse perhibetur. Luc. 12.

Quod quo melius intelligatur, duplex regnum statui posse notandum est, terrenum vnum alterum cæleste: inter quæ ingens profecto discrimen est & alterum ab altero multum distat. Terreni quippe splendor & maiestas in rebus exteriorib; sita sunt vt pote quod exterius magnum & amplum videatur, nihil autem in se includat & emedullatū sit. Hinc interdum cedris Libani comparatur, *Vidi impium superexaltatum sicut cedros libani*: interdum arbori qua cælum capite feriat, qualis erat illa, quæ regnum Nabuchodonosor designabat, cæleste porro omnisque eius maiestas, interiora respicit, *Omnis gloria eius silua*, Ecclesiæ inquam, *abintus*. Ideoque grano sinapis comparatur, quod magna quidem virtute præditum, exterius vero nullam speciem præfert.

Duo reg- norum ge- nera. Psal. 36. Dan. 4. Psal. 44.

Deinde regnum mundi huius, initio, ingens & vastum est, magnæque potentia sed vbi conciderit, & ad finem deuenierit, non nisi vmbra & cinis. Cuius figura fuit statua illa Nabuchodonosoris, cuius quidem caput aureum, pedes & articulorum extrema ficti- lia & lutea. Considerent hæc obsecro, qui rebus terrenis hodie in tantum adhærentes, voluptates mundi consecretantur, iisque immergi gemunt. Quod in veteri Testamento ita designauit Deus: inter cætera namq; quæ in tabernaculi vsu parari iussit, vasa, lebetes duos concinnari ad suscipiendos cineres vo-

Regnum mundi in- tio mag- num, sed postea in cinerem e- uanescit.

Exod. 27. res voluit: vt hinc colligeremus primam nobis curam esse debere, colligere cineres mundi scilicet, in cineres & puluerem redigendi, finem intueri.

Mundus à magnis in paruis definit. Mundus à maioribus, contra vulgarem naturam à minimis incipientis ordinem, originem sumit, & in parua definit. Gigantes turrim Babel ædificaturi alta conceperunt, sed in linguarum confusionem desistere, somnia

Gen. 11. Nabuchodonosor ab arboribus sumpserunt exordiū & in radicibus finierunt: regius Christi in Ierosolymam introitus ab oratione & regno incepit, *Benedictus qui venit in nomine Domini: Aue rex Iudeorum:* & in cruce finiuit, *Tolle, crucifige.* Mundus denique à voluptatibus & deliciis incipit, in tormento, & ærumnis expirat. In Apocal. namque scriptum est, *Quantum fuit in deliciis, tantum date illi tormentum.* Testes sit diues ille epulo qui epularis quotidie splendide, tandem sepultus fuit in inferno. O triste & infelix regnū!

Apoc. 18. Huc respexit in Euāgelio Dominus cum in nuptiis Canensibus diceret, *Omnis homo primum bonum vinum ponit, postea id quod de serius est.* At non hæc Dei agendi est ratio, qui à minoribus solet incipere & paulatim ad maiora progressum facit, ab ærumnis scilicet ad gaudia, à paupertate ad opulentiam: à cruce ad regnum delabitur. A carcere Ægyptio Iosephum ad honores & regiam dignitatem euocat: Danielem à leonibus ad palatium & purpuram sublimat: Mardocheum à clio, & cinere ad trabeam, & honores regios euehit: denique à cruce & monte Caluarie Christum ad regnū sempiternum promouet. Vnde Apostolus: *Factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis: propter quod & Deus exalauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen.*

Ioan. 2. Ita magnus ille Deus à grano incipit sinapis, & in arbores proceras definit. In magno creationis opere ab imperfecto & indigesto chaos auspicatur, & in mundum perfectum, numerisque omnibus absolutum definit, à piscibus & auibus initium duxit, & homo microcosmus operis existit finis. Idque iuxta communem naturæ ordinem, quæ à minoribus sensim & paulatim ad maiora ascendit. Prius enim, ait Aristoteles, vita

Gen. 39. *Dan. 4.*

Esob. 6. 7. *Philip. 2.*

DEVS à paruis in maiores definit. Ita magnus ille Deus à grano incipit sinapis, & in arbores proceras definit. In magno creationis opere ab imperfecto & indigesto chaos auspicatur, & in mundum perfectum, numerisque omnibus absolutum definit, à piscibus & auibus initium duxit, & homo microcosmus operis existit finis. Idque iuxta communem naturæ ordinem, quæ à minoribus sensim & paulatim ad maiora ascendit. Prius enim, ait Aristoteles, vita

plantæ, postea animalis, tum demum hominis viuimus. Ita Ecclesia, ipso sui initio parua, & tandem excrescens in immensum, grano sinapis persimilis est.

Hinc ipsa in sacris litteris lunæ nomine dici solet, *Psal. 88.* & *Cant. 6.* nam vt noctiluna com- paratur. nihil tenuia cornua ostendat, quotidieque donec in orbem coalescat: ita Ecclesia ipso sui exordio tenuis & perobscura fuit, sed excreuit deinde, & ad finem usque sæculi excrescet, atque immensum augebitur, donec totum orbem impleuerit. De solo igitur Iesu Christo dici potest: *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Nec alud aduersus Donatistas, qui Ecclesiam vniuersalem ex quo Africa angulo cõcludebant, vti & hodie Calvinistæ eandem Genue terminis circumscribunt, Augustinus telum dirigit, quam hac depromptū pharetra: ostendendo nimirum Ecclesiam, tanto tempore elapso, tam exiguis non posse finibus contineri. Verba eius hæc sunt, *Ecclesia luna similis est; si quis nouam lunam primo & secundo die non videt, dignus est uenia, qui autem iam plenam non videt, cæcus est.* Valentius & ma-

Caluini- iores editurū plagas crediderim telum hoc statū cõ- aduersus Calvinistas nostros torqueri posse, citas Ec- Si enim Donatistas cæcutire dixit Augusti- clesiā non nus, quod Ecclesiam, quæ quadringentis iam videntū. annis post Christi ascensionem durauerat, non viderent: quid de Calvinistis, nostræque tempestatis hæreticis dicendum, qui post mille quingentos annos, non modo Ecclesiam non vident, sed ne videri quidem posse contendunt, eamque penitus inuisibilem asserunt? sed plura hic non recensebo, vt ad propositum thema reuertar; *simile est regnum caelorum grano sinapi.* *Matth. 13.*

Ceterum opera Dei ab exiguis & paruis Opera Dei principiis initium ducunt, at finis & exitus à paucis non nisi magnum quid & heroicum includit, inchoatur. Primi Euāgelii præcones disseminatoresque fuere piscatores indocti & ignari; & ecce, celeberrimi mox Philosophi, reges potentissimi, tyranni crudelissimi, cultuque idolorum dediti ipsum amplexi sunt, & tumētia corda eidem submittere. perspectum hoc habebat magnus ille legis doctor Gamaliel, cum di-

Act. 5.

ceret: Si ex hominibus est, consilium hoc statim dissoluetur, si autem ex Deo, dissolui non poterit, sed praualebit.

Lib. 2. de bon. discip. cap. 14.

Hinc euidenter colligi discrimen poterit, inter Dei & hominum opera: diuina siquidem ab humili auspicantur, & ingloriosum & spectabile desinunt; humana vero à fastu ducunt exordium, quotidieq; decrefcentia in nihilum tandem & meram infamiam desinunt. Egregium hanc in rem apologum refert Crinitas, Cucurbitā scilicet pino confiram, in altum excrefcento ramis eius implexam, insolefcere cœpisse, auctamq; viribus viroreque, his arborem verbis allocutam: *En, vides, vt te supero, vt amplis foliis, vt virore praflo.* Pinum vero, insolentiam detidendo subintulisse, equidē aliquot iam brumas & æstates pertuli, varias cœli iniurias exsibilans, gelu, hyemes, calorem, æstum superauit; & integra, vt vides perseuero, fortunæ inuidiâ fractura: te vero ad primam cœli iniuriam & rigorem borealem superbas hæc comas deponentem videbo, & insolentiam compefcet aeris inclementia, ac tūc cornua depones & cristas: mox enim vt frondifluus defæuere inceperit Aquilo, folia tua defluent, flores emorientur, fructus putrefcent, omnisque decor & splendor, ob quem tantopere te modo effers, emarcescet. Quod Aleiatus, mundanam felicitatem in momento euanescentem exsibilans, egregio designauit emblemate. Verba dabo:

Embl. 12. 4. *Aeriam propter (id est prope) crenisse cucurbita pinum.*

Dicitur, & grandi luxuriasse coma.

Cum ramos complexa, ipsumq; aggressa cacumen.

Se prastare alia credidit arboribus:

Cui pinus: nimium breuis est hæc gloria: nam te

Protinus adueniet, qua male perdit, hyems.

Iterum igitur repeto, quod dixi inter cœli terræq; opera discrimen posse constitui. An non enim veteres illæ monarchiæ & Imperia, fastu turgida & potestate celeberrima, à splendore & superbia; Regnum autē Christi ab humilitate & abiectione exordium sumpfit: illo videlicet & Cyro, Dario, Cæsare, Alexandro; hoc vero à Crucifixo, qui se vermem & plebis opprobrium appellauit.

Vnde de seapud Prophetam ait: *Non sunt via mea sicut via vestra, dicit Dominus: quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltantur via mea à viis vestris.*

Novi hic mihi conceptus in mentē veni- Tentatio-
unt; & dico, Ecclesiam grano sinapis similē nes initio
dici posse ob tentationes & persecutiones, exigua,
quæ initio quidem exigua, sed, antequā de- sed in fine
læuiant & sopiantur, excrefcent, & immen- magna.
sum augentur. Sic Satan perfidus & versipel- Matt. 4.
lis ille tentator, à lapidib. cœpit: *Dic vt lapides Gen. 7,*
isti panes fiant, & in regna amplissima desit:
Ostendit illi omnia regna mundi, dicens: Hæc omnia tibi dabo. Diluuiū à guttis incepit, quæ
non nisi vepreta & dumeta cooperirent, at in tantum
postea illa excreuere, tantamq; per terræ superficiem stragem edidere, vt cœlum
laxatis fontibus & cataractis, in terram videretur
effusum, ipsaque aqua decem cubitis summis montium fastigiis staret altior. Ad
eundem etiam modum tentationes tenuē habent
exordium, sed catastrophē luctuosam, & damna adferunt grauissima.

Infamis ille & mortalium scelestissimus Matt. 16.
Iudas ab osculo cœpit, & in crucem finiuit: 22.

vt verum esse Philosophorum hoc axioma Exod. 8. 9.
censeatur. *Paruus error in principio, maximus*

est in fine. Egypti namq; plagæ muscis, & à

ranis cœptæ in cruentatos amnes & primo-

genitorum stragem desiere. Sic tentationes

initio instar mulcarum sunt, sed in fine, ele-

phantos magnitudine, crudelitate homici-

das & ficarios superant.

Innuere hoc sacra Scriptura dum conatur, metaphorice locuta est. Isaias n. ait: *De Isai. 14.*

radice colubri egredietur regulus, i. e. quantum

ipse quidem possum capere, Tentatio exigua

& breuis, aliam longe grauiorem & maio-

rem parit: vel, Tentatio, quæ instar colubri

mordet & pungit, peccatum progignit;

quod, non secus ac regulus corpora, animas

disperdat & interficiat: vel iuxta Euange-

lium, Granum sinapis in arborem excrefcit.

Ipsa quippe tentatio in ingressu non nisi vul-

pecula est: quam haud dabie in Canticis intel-

lexit sponsa, dum ait: *Capite vulpeculas qua Cant. 2.*

demoliantur vineas. at in fine leoninam rabiē

præfert, omniaq; deuorat & absorbet, *Tan-*

quam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. 1. Pet. 5.

Idem.

Ezech. 47. Idem autem homini in tentationibus constituto credendum est accidere, quod Ezechielii fluvium transvadanti. Nam dum ingrederetur, non nisi ad talos aqua perueniebat, deinde genuum tenuit: mox pectus transcendens ad collum vsq; ascendit; tandem vero intumuit, vt submersiois periculum adiret. Non ab similes crediderim esse tentationes, quæ initio nihil quidem esse videntur, vt ne ad furas quidem aqua pertingat: at si quis morosus inhæreat, vteriusq; progrediatur, adeo intumescunt & insurgunt, vt perfectissimi quique naufragio facti submersi sæpe intereant, ita vt mox initio non nisi grana, mox arbores procerissimæ & validissimæ appareant. *Simile est regnum cælorum grano sinapis.*

Matth. 13.
III.
Quidquid Ecclesia obseruat exiguum est.

Gen. 2.

Leuit. 19.

Deut. 22.

Vere itaq; Ecclesia grano sinapis comparatur, quod quæcunq; in Ecclesia obseruatur, & quidquid in Christianorum vita seruandū occurrit; non nisi tenuia sunt & difficiilia, humilitas inquam, crux; paupertas, tribulationes, poenitentia, lacrymæ; vera sinapis grana, quæ accipiens homo seminavit in agro suo. Nulla autem Deus præter hæc grana, in Ecclesiæ suæ agro seminare solet, olim quidem in paradiso arbores vitæ seminavit, at in Ecclesiæ agro non nisi grana sinapis: neq; enim aliud par est granum huic agro committere, cum omnia præter granum sinapis, non nisi lolium sint & zizania. Prohibuit in veteri lege Deus; ne quis diuerso agrum semine consereret, quod alio gogico sensu ita exponendum cenfeo; tunc vere Ecclesiæ agrum diuerso semine seri, diuinumq; præceptum violari, cum voluptates & poenitentiam simul quis studet amplecti, ac gentili & simul Christiano ritu vitam instituere. Hinc etiam olim vetuit vsu vestium è lino lanaq; pariter contextarum. Ille porro duplicem vestem & diuersi filamenti gestare dicitur, qui Gentilitio & Christiano more simul viuere contendit, paupertatem vnâ cum diuitiis consecratur, contemni vult & magni ab omnibus fieri, victus & vestium asperitatem amplectitur, nec non delicias colit. At Christus non nisi vnicum sinapis granum agro suo committit; cui regnum cælorum simile esse ait.

Ecclesia profecto grano sinapis, tam si vniuersum eius statum & amplitudinē, quam si singula illius membra & partes spectemus, comparatur. Si enim oculos in illius caput coniciamus, quid Christo in passione quidem constituto vilius, & quid eodem tumultu gloriosè exurgente maius? Quid virgine, fabro manib. victum quaritanti nupta, humilius & abiectius, quid eadē dum Deum parit gloriosius? Quis vnquā minus quid vidit quā Ioannem in deserto Palaestina inedia membra macerantem? quis etiam quid illo maius, cum Iudæi Messiaē instar eum coluerint & habuerint; & de ipso à Christo dictum sit: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Idipsum de reliquis Sanctorum, Martyribus videlicet, Virgibusque censendum est: quibus nihil dum viueret vilius & abiectius, utpote quos mundant, vt facem & peripsē habebant, & omnium mortalium contemptissimos. Et ecce, post mortē, certatim omnes amplissimos eis honores impendunt, colunt, venerantur, reliquias osculantur, quin & beatas se respub. existimant, si modo illorum tutela & patrocinio gaudere queant. Ipsi quoque Reges eorum reliquias humeris gestare non erubescunt, plusque cineres sepultos & viles, quam scepra & diademata facere comperiuntur, quod Psalmographus admirans exclamat. *Nimio honorati sunt amici tui Deus.* *Psal. 138.* Dic igitur, an non vere regnum cælorum grano sinapis sit simile?

Ecclesia grano si naris simili est per omnia.

Sancti, dū viuerent exigui fuerunt post mortem magnis honoribus affecti.

Psal. 138.

Videtur autem parabola docere, eorum Deus & quæ agimus, finem & nunquam initium spectandum. In quo Deus & mundus multum plurimum inter se distant: mundus quippe grandia & ampla initio pollicetur, at finem si spectes, dissident. præter meras inanias nihil reperies: mango hic & agryta diuitias spondet; sed ditissimis quibusq; non nisi vile lintreum & quinq; pedum spatium terræ post mortem concedit: spondet honores; sed eheu in fine infamiam donat & ignominiam: spondet delicias & voluptates carnales, & non nisi morbi, cancri, fici, purulentia & ægritudines variæ sequuntur: vitam deniq; diurnā, & in omne æuum duraturam, & dum minus expectatur, mortē arcessit. *Quam bene igitur Salomon,*

Eccles. 2.

mon, *Omnia flumina intrant in mare.* Quid quid enim mundus suggerit aut offert, initio quidem mel & ambrosia est, at finis amaritudinem & absinthium praefert: Deus autem e contra amara & difficilia in principio propinat, & dulciora & melliora in fine.

Exod. 26.

ne. *Israe'litas in Aegypto laetucis sylvestribus pavit, quos deinde manna omnem in se suavitatem continenti in deserto refecit.* Et ut eadem Mosis virga, quae in regno Pharaonis aquas in sanguinem commutavit fontem aquae salientis petra elicit, Samson e mandibula, qua Philisthaeos plurimos Orco dimiserat, fontem aquae dulcis eduxit: ita etiam saepius accidit, ut e rebus initio quidem amaris, insipidis & permolestis, incredibilis dulcedo, u-cunditas, deliciae, voluptasque oriatur; & quod initio sinapi erat, postea in arborem fructuum suavissimorum feracem excrescat.

Exod. 7.

Salientis petra elicit, Samson e mandibula, qua Philisthaeos plurimos Orco dimiserat, fontem aquae dulcis eduxit: ita etiam saepius accidit, ut e rebus initio quidem amaris, insipidis & permolestis, incredibilis dulcedo, u-cunditas, deliciae, voluptasque oriatur; & quod initio sinapi erat, postea in arborem fructuum suavissimorum feracem excrescat.

Isid. 13.

Simile est regnum caelorum grano sinapis. Absoluisse me partem haec credebam, sed aliud quod de sinapi dicendum occurrit, Dominum scilicet Iesum sinapis grano fidem aliquando similem esse dixisse: *si habueris fidem sicut granum sinapis, id est, ardentem & flagrantem.* In quam rem egregiam & scitam referam historiam, quae huc optime facere videbitur. Calipha Tartarorum rex cum anno salutis humanae M.C.XXV. Christianos omnes imperii sui finibus excludere & exterminare vellet, quidam ex aulicis consultus esse putavit eos a coepta opinione deducere, quos verbis Evangelii ad fidem mutandam facile persuaderi posse aiebat; docuisse nimirum dicebat in Evangelio Iesum Christianorum Deum, *si habueritis fidem sicut granum sinapis & dixeritis monti huic: Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* nihil a huiusmodi illos effecturos putabat. Hoc ille consilium probans, omnes mox convocari Christianos imperat, petitque num Christus in sermonibus verax sit, & Evangelium certissimum quibus ita se rem habere licentibus Christianis, hunc mox locum produxit, quem nisi re ipsa ante decem dies comprobarent, omnes se neci traditurum comminatus est; Episcopi & sacerdotes, Christianis per omnes regni limites diffusis triduum mox ieiunium, orationibus subnixum

Matth. 13.

Simile est regnum caelorum grano sinapis.

IV.

Fides grano sinapis comparatur.

Matth. 17. Spec. exēpl. dist. 979. §. 145.

Historia admirabilis.

Matth. 17.

Indixere, quo Deum sibi propitium redderent. Cum iam constitutum tempus advenisset, & omnes una cum rege unum in locum convenissent, in nomine omnipotentis monti cuidam altissimo vnus eorum imperavit, alium ut in locum transmigraret; & ecce, rem mirabilem! mox loco cessit, veritatemque dicti Evangelii patefecit. Ideo propemodum refert Paulus Venerabilis, dum rerum Orientalium historiam recitavit; recenset enim Saracenis Evangelio Christi insultantibus, eiusque auctoritatem & veritatem elcquantibus; hincque in primis locum, in quo de montibus per fidem transferendis agitur, obicientibus, Christianos id re ipsa declarasse, cum montem excelsum, haud procul ab urbe Tauro, precibus suis alio transulere, quod & ad thematis nostri expositionem videtur facere, quo dicitur: *Simile est regnum caelorum grano sinapis.* Ceterum in ei omnia semina & grana, sinapis videtur esse vilissimum: nihil etiam verbo Dei & praedicatione Evangelica, quam Christus Ecclesiae suae agro credidit, esse videtur oculis mundanorum abiectius; at coram Deo & Angelis nihil eadem haberi aut fingi potest excellentius. Omnes quippe flosculi Rhetorici, omnis Theoria physica, omnia argumenta philosophica, non nisi fabulae quaedam sunt; si cum doctrina Evangelica comparentur. Testem rei huiusce habeo Davidem dum canit: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Ipse quoque gentium Apost. Paulus de verbis Dei contemptoribus agens post futuris temporibus venturos ait, qui pseudopphetas & doctores prurientes auribus sequendo, a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Hinc Christus summus ille doctor verbum suum esse voluit humile & abiectum, qui & praedicationem suam humilibus verbis, nullo ascitio adhibito fuce, exposuit parabolis, similitudinibus, aliaque vulgaribus argumenta, obuiis e rebus producta adhibendo; meram & nudam simplicitatem demonstrando, utpote qui nulla schemata, colorem nullum, nullumque artificium quaesierit. Et consulto quidem, quod veritatem resque verissi-

indixere, quo Deum sibi propitium redderent. Cum iam constitutum tempus advenisset, & omnes una cum rege unum in locum convenissent, in nomine omnipotentis monti cuidam altissimo vnus eorum imperavit, alium ut in locum transmigraret; & ecce, rem mirabilem! mox loco cessit, veritatemque dicti Evangelii patefecit.

Ideo propemodum refert Paulus Venerabilis, dum rerum Orientalium historiam recitavit; recenset enim Saracenis Evangelio Christi insultantibus, eiusque auctoritatem & veritatem elcquantibus; hincque in primis locum, in quo de montibus per fidem transferendis agitur, obicientibus, Christianos id re ipsa declarasse, cum montem excelsum, haud procul ab urbe Tauro, precibus suis alio transulere, quod & ad thematis nostri expositionem videtur facere, quo dicitur: *Simile est regnum caelorum grano sinapis.*

Ceterum in ei omnia semina & grana, sinapis videtur esse vilissimum: nihil etiam verbo Dei & praedicatione Evangelica, quam Christus Ecclesiae suae agro credidit, esse videtur oculis mundanorum abiectius; at coram Deo & Angelis nihil eadem haberi aut fingi potest excellentius. Omnes quippe flosculi Rhetorici, omnis Theoria physica, omnia argumenta philosophica, non nisi fabulae quaedam sunt; si cum doctrina Evangelica comparentur. Testem rei huiusce habeo Davidem dum canit: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Ipse quoque gentium Apost. Paulus de verbis Dei contemptoribus agens post futuris temporibus venturos ait, qui pseudopphetas & doctores prurientes auribus sequendo, a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.*

Hinc Christus summus ille doctor verbum suum esse voluit humile & abiectum, qui & praedicationem suam humilibus verbis, nullo ascitio adhibito fuce, exposuit parabolis, similitudinibus, aliaque vulgaribus argumenta, obuiis e rebus producta adhibendo; meram & nudam simplicitatem demonstrando, utpote qui nulla schemata, colorem nullum, nullumque artificium quaesierit. Et consulto quidem, quod veritatem resque verissi-

Li. I. derogionib. Orient. c. 2.

Matth. 13. Verbum quidem oculis mundanorum abiectius; at apparet.

Psal. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua,

1. Tim. 4. fabulas autem conuertentur.

Deus voluit verbum suum humile esse.

verissimas doceret, quæ nullo fucō aut colore adulterino opus habent, vt mendacium & dolus. Hinc veteres illi Philosophi, vt ea quæ docerent quamuis è mendaciis conflata, vera esse comprobarent, verbis plurimis iis que ad fucum compositis & coloratis vtebatur. Ita scilicet mendacium colorari & palliari oportebat.

Simile.

Solent mulieres deformes & corpus distortum habentes, fucō sibi & pigmentis venustatem conciliare, arteque alia formam paratam facere; pulchræ vero & formosæ huiusmodi fucos & purpurissam abhorrent. Mendacium, vt hoc proposito adaptem, de forme est, vt quod maxime turpe, sordidū: quod vt deformitatem, turpitudinē, imperfectiones reliquas tegat; eloquentiæ fucō opus habet: ar prædicatio Euangelica, verbum Dei, ipsa inquam veritas, quæ & pulcherrima & nitidissima est, nullo indiget artificio aut ementito habitu. Adeo vt non modicam Euangelio iniuriam irrogetis, qui verbis ad artem compositis, stoculis scholasticis, & Rhetoricis coloribus ipsum colorare & exornare contendit. Heu igitur seculi nostri pestē ac labem! in quo plurimos reperire est concionatores qui eloquentiam magis suam ostētant, quam ad virtutem auditores extimulant.

O calamitatem singularem! Hac de re cōquestus olim est Dominus, cum de disertis & sui iactatoribus concionatoribus Ieremię ait: *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petras?* Nihil autem aliud verbis illis designatum voluit, quam Euangelii, quod est verbum Dei, concionatores, non ad instar adulatium oratorum philosophorumque, sermonem debere cōponere, sed instar ferrariorum zelo succedēdi, instar Iaromorum adamantina, & pertinacia corda perfringere oportere; idq; simpliciter & nativè sine vllō fucō aut schematū colore. E quo singularem sæculi nostri concionatorum vanitatē colligere datur. Quid si hostis vrbī huic immineret eandem eversurus, & excubitores & prædiarii loco pilorū, missilium bolidum & hastilium flores eiacularentur, rosas & lilia spargerent, nō gladios sed setta vibrarent; anne hoc modo hostem

propellerent? nequaquam. Eodem profus vos modo agere certissimum est concionatores; remp Christianam & animas vniuscuiusque præsentissimo periculo exponentes. Quando enim inimici nostri; peccatum, hæresis, dæmon Ecclesiam oppugnant; tantū abest, vt eosdem verbo Dei propulsetis, fortissima validissimaq; sacre Scripturæ arma adaptetis; vt etiam ad aniles fabulas recurratis, conceptus seculares & gentilismum redolentes adhibeatis, & historiis profanis, nō nisi stoculos, elegantias, nouitates, delicias, que rhetoricas seligatis, itaque hostes in Ecclesiæ arcem admittatis: cum potius verbis granibus, minacibus, castigantibus opus foret, quibus & peccatores expugnaretis, vitiaque iugularetis. Sed eheu! non nisi verba aurea, mellita, fucata, elegantia, ementita pulchritudinis, sed tamen elumbia, hodie in cathedris regnant.

Notēt, obsecro, hi comminationem illam quam Ieremiæ Prophetia scriptam legimus; qua maledictus declaratur is qui facit opus Domini fraudulenter, & gladium suum sanguine veretur tingere: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.* Per antonomasiam autem & excellentiam opus Domini vocatur, salus animarum: quod ille fraudulenter agere pethibetur, qui in concionibus placere auditoribus eorumque auribus seruire contendit. Hoc scilicet est, Euangelium fallere, hoc est, in verbis Dei fucum facere, hoc est, veritatem stultitiæ ergo deferere. Nam Doctrina hæc simpliciter & candide, nulloque adhibito pigmento tradi debet.

Ierem. 48.

Dauid rex non prius cum Goliada manus conferere potuit, quam Saulis arma exisset: quod diuinitus factum est, vt nimirum singularis hæc victoria non armis regis, sed diuinæ protectioni ascriberetur. Ad eundem modum, non vult mundum aut peccatum, gigantes illos colossæos, regis Philosophorum vel Oratorum armis superari Deus, sed solo pedo & lapidibus ad terram deiici, quibus tamen nihil ad pugnandum haberi potest vilis. Hinc in primos sui præcones, nō Philosophos, sed idiotas, piscatores, om-

1. Reg. 17.

uium

deri.
O.
c. 8.

th 13.
um
E Dei
is mū
vile
ret

118.

Ierem. 23.

m. 4.
is vo
verbū
n hu
e esse.

Simile.

1. Cor. 1.

nium scientiarum ignaros selegit. quod Ap-
postolus Gentium innuit. dum ait.: *Videte
vocationem vestram fratres; quia non multi
sapientes secundum carnem, non multi potentes,
non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi, e-
legit Deus, ut confundat sapientes, ut non glo-
rietur omnis caro in conspectu eius.* Hæc om-
nia occasione grani sinapis dicta sunt. quod
tamen si omnium granorum minimum, pau-
latim excrescens, patulisque luxurians co-
mis fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, &
habitent in ramis eius.

Quid aves
hæc desi-
gant.

Arbor porro hæc, quæ ab exiguo hoc si-
napis grano pullulat, ut paulo ante iam dixi,
vniuersum Ecclesiæ corpus est, rami vero,
diuersi eiusdem status. Religiosi inquam, La-
ici continententes coniugati. S. Hilarius per a-
ues Apostolos designari putat, qui instar
lusciniæ in ramis Ecclesiæ confidentes, iu-
cundissimam prædicationis Euangelicæ har-
moniam & concentum edunt: ad quem al-
ludit Psalmographus dicens: *Præueperunt
principes conuerti psallentibus.* S. Gregorius
autem iis iustorum animas denotari credit,
quæ leuibus in sublime, ad diuinorum usque
mysteriorum contemplationem abs eleuã-
tur, ad quam magni illi Philosophi nun-
quam pertingere potuerunt. Alii vero per aues
has arboris ramis insidentes, Confessores,
Doctores, Martyres, Virgines, ceterosque
iustos, qui in sacro Ecclesiæ statu viuunt, de-
notari volunt.

Psal. 67.

Homines
aibus cõ-
parantur.

Equidem per easdem homines intelligo,
quippe quos ad cœlestia Deus condidit: in
quo me nemo iure reprehendet, nam ut mul-
ta auium genera sunt, ita & hominum. Est
in primis auium regina aquila, quam hoc
nomine dictam credo, quod vnguibus & a-
culeis ceteras aues decerpat & laniet: inter
homines: ita & plurimos reperire est, qui in-
star aquilæ, ceteris præesse & dominari
contendunt, aliorum exitium & interitum
moluntur, sanguinem proximi exsugunt,
& vicinos penitus depascunt: in quo rhamno
Sichimitarum similes illos esse crediderim,
qui regnandi flagrans desiderio, se & socias
arbores in exitium traxit dum conflagratio-
ne simul omnes periere.

Iud. 9.

Secundum locum teneat pelicanus, qui

pectus rostro perfodiens, sanguinemque elici-
ens, eodem pullos fouet & pascit. Inter ho-
mines quoque plurimos reperies, qui, quo fi-
lios locupletent, amplamque illis hæreditatem
relinquant, nõ pectus & viscera sed sanctam
Dei legem perfringunt, atque ita sexcenta a-
nimæ peccando vulnera infligunt.

Homines
nonnulli
pelicano
similes.

Tertium struthio, quæ natura grauis, nõ-
quam in sublime euolare potest, at terræ
quodammodo adhærens, cursitando, calcibusque terram percutiendo, volitat. Hunc
nonnulli etiam homines imitantur, quorum
omne studium contentioque, quasi perpetuo
hic victuri, & immortales à Deo conditi es-
sent, erga terræ hæc fragiliaque versatur,
quibus affixi nunquam animum ad superna
sustollunt, nec meditatione in cœlestibus ver-
santur, corporeis periturisque nimium immer-
si. Quos item similes esse censeo pisci illi, quæ
Apostolus Petrus olim dragmam ore præse-
rentem, reti conclusit: nihil enim cogitant
aut loquuntur aliud, quam pecuniam, au-
rum, talenta lucrum, fœnus, vsuram.

Alii Stru-
thioni.

Quartum pauo, qui exterius quidem a-
uium pulcherrimus est, & patulo pennarum
examine superbit: at ingratißimam vocem
eius vel cantum nemo ferre potest. sunt & in-
ter homines, qui vestibus suis & schemate
exteriori, purpureo aut byssino, superbiunt,
turgent & insolefcunt; at mox, ut os in lo-
quelam resoluunt, non nisi ineptias, lasciu-
iam, sordesque meras, mundum & carnem
sapientes, loquuntur, bonis omnibus merito
graues & ingratas. De quibus agens Psal-
mista ait: *Sepulchrum pacens est guttur eo-
rum.*

Alii pauo
ni.

Quintum & postremum lusciniæ, aedon, Alii lusciniæ
philomela, acanthis, aues Canariæ, aliæque
plures, quæ exiguæ quidem corpore, harmo-
niam tamen edunt iucundissimam, & cantu
suo vnuquemque recreant. Hi sunt religio-
si, mundo quidem viles & contempti, cunctos
tamen ad virtutem exstimulantes. ad probi-
tatis semitã deducentes, de Deo & rebus cœ-
lestibus perpetuo agentes. Sunt scilicet colum-
bi illi felle & nequitia carentes, simplices, in
conuictu faciles, nemini graues aut noxij:
sunt turtures perpetuo gementes & aridis
semper ramis insidentes, dum sua aliorumque
peccata

Psal. 5.

Alii lusciniæ
& philomela
&c.

peccata assidue deplorant, & afflictiones Ecclesie lamentantur. Atque omnia hæc auium genera in arboris huius ramis nidificat, tam iusti quam peccatores, tam scelerti quam innocentes & integri: alii quidem in ramis vitæ monasticæ, alii in status Ecclesiastici, alii denique in status coniugalis.

Duo auium genera.

Sed audite & alium conceptum: quotquot aer aues educat, ad duo reuocari capita possunt; alia quippe sunt rapaces & prædæ asfuerat, alia vero cicures & mansuetæ. omnes quidem hæc, si notastis, in arboribus nidificat, ea tamen inter utraq; est differentia, quod rapaces non nisi noctu nidum visitent, per diem prædæ inhiantes, & circumquaque; escæ conquirendæ gratia volitantes: alia vero noctu diuque nidis infideant, pullos excludentes, alarum sordes expurgantes, plumas mundantes, rostrum tergentes, & suauissime per aera cantillantes. Sunt quoque duo hominum genera, mali inquam, & boni: illi sunt aues prædatrices, hi cicures; ambæ tamen super arbore Christi Iesu sedentes, eo tamen discrimine; quod probi & iusti nullo non tempore eandem frequentent: siue enim optimavalerudine gaudent, templa adeunt, sacramenta percipiunt, concionibus interfunt, siue cū aduersa luctentur, à cœptis tamen pietatis operibus in quantum per morbum licet, non resiliunt. At improbi, non prius ad hanc Ecclesie arborem volant, quam tenebræ ingruant; non prius de Deo cogitant; quam densa grauioris afflictionis nox superuenierit: cum enim lecto affixi decumbunt, tunc vitæ emendationem spondent, in pauperes eleemosynas effundunt, sacra celebranda indicunt, orationes aliorum exorationesque sanctorum exposcunt. Sed mox, ut pristinae sanitati restituti sunt, ad ardorem hunc redire amplius nolunt: nam qui alex & lusu dediti prius erant, dediti manent; si antea furabatur, tunc nondum furari desinent. Circa vitæ igitur vesperam & occiduos ætatis canos ad Deum sese conuertunt, templa frequentare incipiunt, conscientiam in tuto collocant; reliquo tempore, velut in meridie, discurrunt, vitia conlectantur, voluptates diripiunt, mundum ambiunt, ac non nisi rapto viuunt. O aues infaustas ac ne-

Duo hominum genera.

fundas! sed iam primæ parabolæ finem imponamus, & de alia iam aliquid dicamus, cum hoc initio proposuerimus.

Altera quam Euangelium hodiernum VI. continet parabola, de fermento est, quod acceptum mulier abscondit in farinae latis tribus, donec fermentatum est totum, cui re-comparatum cœlorum simile esse dicitur. Chrysostomus inter præcipuos parabolæ huius interpretet; ait Ecclesiam fermento huic assimilari. Nam ut fermentum exiguum licet & vile, massæ pistæ insertum, eandem subleuat & in alium saporem commutat: ita Apostoli, numero pauci, & ignobiles, nulla rerum scientia donati, prædicationibus suis totum mundum condiuere, eumque velut panem sapidissimum, Deique mensa dignissimum, reddidere.

Ecclesia fermento comparatur. Chrysost. interpretat.

Antequam manum profundius fermentariæ huic massæ indamus, diuinam hinc sapientiam prudentiamque pro rerum proprietate singula exponentem, notemus. In prima parabola regnum cœlorum simile esse ait grano sapis, quod accipiens homo feminat in agro suo, iam vero fermento assimilat, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus: ut differentiam esse denotet inter viri & fœminæ opera. Neque enim pro rei decoro foret seminare mulier, & virum pinsere. Adeo ut Christus hic quisque o-insinuarit, virum in familia vite ordinata, perhaconsecutanea viris, & fœminam fœminis beat. conuenientia opera agere oportere, & regulam illam grammaticorum quam maxime hic locum habere.

Omne viro soli quod conuenit esto virile. Deut. 22.

Vetuit in veteri Testamento Deus, ne quis vestem è diuersis contextam materiis gestaret, scilicet & lineam & lancam, quo designatur, indecens esse, munia & officia, quæ simul constare nequeunt, assumere, id est, viriles simul & muliebres partes agere: neque enim vllam hæc cum illis habent similitudinem, quid namque est aliud, viros fœmininis officiis se ingerere, & fœminam virilibus, quam rerum à Deo constitutum ordinem peruertere, & merù chaos inducere.

Mirum profecto est, animalia quædam in Animalia rerum natura reperiui, quæ in duobus elementis

X

mentis sibi inuicem admodum contrariis viuant: qualia sunt ranæ, mergi, crocodili, glites marini, aliaque huiusmodi, quæ Græci *auipicia*, Cicero libro de natura Deorum *incipientes bestias* vocat. At multo magis mirum reperiri viros qui modo muliebres partes, & viriles modo assumant, mulieres item, quæ modo matrem, modo patrem familias agant.

Prov. 31.
Mulieris est solius familiæ curam gerere.

Tit. 2.

Gen. 1.

Psal. 122.

Matt. 13.

Sunt quædam in Scriptura quæ in bonam, tum in malam partem capiuntur.

De frugi & cordata muliere ita locutus est in Prouerbiis Salomon, *Considerauit semitas domus suæ & panem otiosa non comedit.* Id est, prudentis & œconomæ matris est, semper agere, familiæ suæ prospicere, ac de solare familiari cogitare: viri quippe partes sunt, externa negotia pertractare, rebusque grauioris momenti vacare. Quod & Apostolus Paulus, Titum in Episcopatus munere instituens admonere non erubuit, *Iuuenctulas adhortare ut sint curam domus habentes.*

In rerum creatione Deus ait, *Germinet terra lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum:* pomi videlicet poma, pruni pruna, ita cætera ceteros fructus proficiat, quod & in operibus hominum locum habere voluit, ut scilicet unusquisque agat, quod est natura ei facere incumbit, viri virilia & mulieres tractent muliebria. Quam operum diuisionem adhibet & Dauid dicens, *Sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum: sicut oculi ancilla in manibus domina suæ,* &c. quibus est verbis manifesto colligere licet, in familia motata, optimisque legibus instituta diuersitatem aliquam functionum induendam, ut pateat familias seruorum, domina ancillarum curam habeat. Hac est fermentum abripuit, hancque verborum mixtio hæc causata est: sed iam ad lineam, simile est regnum cælorum fermento.

Obiter autem hic notandum, fermentum, aliquando in bonam, in malam aliquando partem capiuntur: sunt enim quædam in sacra Scriptura scriptis verba, quæ vtramque in notionem distorqueantur. Verbi gratia, Leo interdum Christum denotat, ut in verbis illis Apocalypsis, *Vicit Leo de tribu Iuda:* interdum dæmonem, sicut in Epistola Petri Apostoli, *Aduersarius vester diabolus tanquam leo*

rugiens Serpens interdum Satanæ symbolum est, *Serpens decepit me* interdum Messia; *Sicut exultauit Moyses serpentem in deserto; ita exultari oportet filium hominis.* Aues quoque Luc. 8. dæmones denotant, qui sementem verbi Dei è cordibus auditorum vellunt, hodie vero in Euangelio pro iustis capiuntur. Ita & fermenti vocabulum in nequiores partem interdum accipitur, ut Luc. 12. *Cauete à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis:* Et in Epistolis Paulinis, *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Hoc autem loco in meliorem cum regnum cælestis huic simile esse dicatur.

His ita constitutis, vocem fermentum diuersa in sacra Scriptura significare competio: Primo namque doctrinam aliquam hominum denotat, ut quando Dominus suis, ut à fermento Pharisæorum sibi cauere, auctor fuit, *Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum,* eo quod traditiones hominumque institutiones edoceret atque hanc esse putat causam Origenes, cur in lege Moisaica fermentum à sacrificiis excluderetur. Verba cautionis hæc sunt, *Dum autem obuleris sacrificium coctum in clibano, de simila, panes scilicet absque fermento conasperos oleo, &c. Omnis oblatio, qua offeritur Domino, absque fermento fiet nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.* Secundo pro malitia accipitur: vnde Apostolus, *Expurgate vetus fermentum, ut sitis azymi.* Atque hæc forsitan fuit ratio, cur in Exodo, dum agnus Paschalis comederetur, nemo fermentum domi asseruare sine piaculo potuerit. *In die primo non erit fermentum ex domibus vestris: quicumque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel.* Tertio prædicationem Euangelicam designat, ut hoc loco, *simile est regnum cælorum fermento.*

Hæc igitur mulier quæ fatinam hic subigit, Ecclesia est, in qua Euangelica prædicatione exercetur: mulier inquam de qua verba illa assentatorum Holofernis usurpare liceat, *non est talis mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine & in sensu verborum:* mulier illa fortis, de qua in Prouerbiis Salomon, *Mulierem fortis qua inueniet, mulier illa Apocalypsis, amicta sole, lunam pedibus premeus, duode-*

Varia verbi fermentationis, significationes.

Hom. 5. in Leuit.

Leuit. 2.

1. Cor. 5.

Exod. 12.

Matt. 13.

Iud. 11.

Prou. 31.

Apoc. 12.

Tria farinae sata exponuntur. duodecim redimita stellis, quamque draco persequeretur. Tria autem farinae sata, quibus fermentum insititur, triplex dici lex potest, naturae, Moisaica & Evangelica: haec enim tres in Ecclesia tractantur: sunt etiam fides, spes, caritas: de his enim tribus in concionibus Evangelicis agitur: sunt oratio, elemosyna & ieiunium, haec enim tria fideles edocentur: sunt paupertas, obedientia, castitas: nam tria haec Evangelica doctrina ad perfectionem consulit: sunt denique contritio, confessio & satisfactio, in his enim tribus poenitentia vera ac genuina sita est, quam toties Evangelici praedicones annuntiant. O farinae dulces ac cata! sed earum in primis fermentum, quod omnia haec subleuat, producit ac fermentat! De quo iam plura non dicam, ut finem duabus huiusce parabolis imponam.

Cōclusio. Vos vero auditores, horum omnium memoriam conseruate, parabolas has nolite obliuisci: reminiscamini Christum ideo regnum caelorum grano sinapis contulisse, ut edoceret, non prius regni caelestis compotes nos fieri posse, quam humiliter de nobis ipsis sentiamus, & in oculis propriis parui simus. Humiles siquidem Deus & demisse de se sentientes amat & amplectitur: sapientibus & rurgidos execratur. Imiamini ad haec auiculas: quas in arbore hac videtis nidificantes, exiite naturam animalium terram semper intuentium, & ventri obsequentium, at auium assumite, in altum euolate, diuina contemplantini, oculos mentemque in altum sustollite, & sacra mysteria meditantini; fermentum autem malitiae relinquite, cauete a fermento hypocrisis, fermento prauorum dogmatum, sermo illo nefando quod bonos mores destruit, & animarum nostrarum farinam corrumpit & acidam reddit.

Hanc porro tu nobis gratiam concede, omnipotens Deus, exuberantissime bonorum fons, animarum redemptor, seruator orbis: tu, inquam, qui vere granum sinapis exstitisti, paruum in ortu, paruum in stabulo, paruum in deserto, paruum in passione, & in cruce paruum, sed qui deinde post resurrectionem, post gloriosum ab inferis

reditum, post triumphalem ad caelos ascensionem adeo magnus effectus es, ut in arborem procerissimam, caeteraque arbores magnitudine superantem excreueris, cuius sub umbra & ramis, tot aues nidum struxerint, tot animae sanctae & pie delituerint, mundum tibi ut adhererent deserentes. O arbor vitae, & omnium quos ad vitam destinasti refugium, nostrum esto asylum, sedes & quies, nos vero aues tuae simus, ut à mundo secreti, & ab omnibus terrenis cupiditatibus & negotiis expediri, laudes tuas cantare & mirabilia celebrare possimus: expectantes donec plena & canora voce cantantes audire mereamur angelos, in quorum consortio omnis beatitudo nostra & felicitas vera, ad quam nos deducere dignetur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE.

Partes.

1. Quod labore opus sit ad salutem.
2. De Dei nos vocantis amore praeniente, eiusque pacto.
3. De vocantis & vocatorum debito, & horum tardatione.
4. Qui sint otiosi in hora undecima.
5. Quid à vespere & procuratore expectandum.
6. Quales operarij.
7. Qua merces operariorum.
8. Quis quantumque denarius.

Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Matth. 20.

FIGVRA.

DEVS optimus maximus, cum Hebraeo. 2. Reg. 21. dum peccatis ad iracundiam prouocatus, nullam caelo pluuiam dimitteret, adeo ut omnes fame se enecandos metuerent: Dauid rex summis precibus ab eo contendit, & oraculum consuluit, ut indignationis suae & flagelli intentati causam reuelaret.